UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Artivm scriptores minores

**Keil, Heinrich**

**Lipsiae, 1923**

De dubiis nominibus

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1978

Visual Library

# DE DVBIIS NOMINIBVS

Libellum de dubiis nominibus e codice Vindobonensi 89 olim Salisburgensi saeculo nono scripto primus edidit Mauricius Hauptius una cum Ovidii halieuticis et Gratii et Nemesiani cynegeticis Lipsiae a. 1838. in libro autem quo usus erat unius, ut videtur, membranae iactura facta ea quae ab initio scripta erant usque ad p. 575, 17 *pluraliter autem cancromata dicenda sunt* perierunt; reliqua leguntur f. 170—175 *Canis gen. fem. — discrepat atrox:* cf. Endlicher catal. cod. philol. latin. bibl. Palat. Vindob. p. 197 sqq. aliud eiusdem libelli exemplum manu scriptum Lauduni Gallorum inventum est in codice bibliothecae publicae Laudunensis 463, quem descripserunt ii qui catalogum bibliothecarum gallicarum provincialium ediderunt, catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départemens I p. 246. in eo igitur codice saeculo duodecimo, ut visum est illis qui catalogum fecerunt, scripto tractatus de nominibus legitur omissa inscriptione, *Egiptus gen. fem. ut dauid letata est egiptus — ymnus gen. masc. finit.* sed post v. *os de ossum gen. neutri, ut Virgilius postquam pavor* p. 90 H librarius omissis exemplis scriptorum nomina sola cum notis generum posuit, *opes gen. fem. oleastrum gen. neut.* etc. hoc libro usus Victor Le Clerc in appendice catalogi quem dixi p. 649 sqq. tractatum de nominibus ita edidit, ut in priore parte integram Laudunensis codicis scripturam exhiberet, in posteriore inde a v. *opes* item Vindobonensem codicem non mutatis librarii erroribus exprimeret. postea Fridericus Guilelmus Otto utriusque editionis copiis adhibitis librum amplissimo commentario, in quo multa de nominibus a grammatico tractatis disputavit, instructum separatim edidit Gissae a. 1850. duobus autem codicibus, qui adhuc usurpati sunt, iam accedit tertius Monacensis 14252 olim Emmeramus 252 nono saeculo scriptus, f. 181—191 *incipit ‖ dubiis de ‖ nominibus cuius generis sint. Aegyptus — discrepat atrox.**)

*) Indicem universi codicis subiciam, ut in reliqua quoque parte plurima consentire cum Vindobonensi et Laudunensi codice intellegatur. Cod. Emmer. 252 memb. saec. IX formae quadratae f. 1—3 *Terente Scauro orthographia igitur est*

Itaque cum tres sint codices manu scripti, omnes ita inter se consentiunt, ut ex uno fonte ductos esse adpareat. nam ne unum vel alterum horum ipsorum qui servati sunt e tertio descriptum esse putemus, maxime defectus quidam librorum diversis locis modo in hoc modo in illo inventi obstant. nam in Vindobonensi codice solo omissae sunt observationes de v. *pratum* p. 95 H, *supellex* p. 98, *vertex* p. 102; in Monacensi vero quaedam lacunis corrupta sunt, quae vel Laudunensis integra servavit, ut in v. *crinis* et *callis, culter* et *cardo,* vel Vindobonensis, ut in v. *origo* et *ordo* p. 91, *scalper* et *suboles* p. 101. quare suam quisque auctoritatem ad scripturam archetypi recuperandam habet; sed illud ipsum plurimis et gravissimis vitiis corruptum fuisse consentiens trium codicum testimonium ostendit. quo factum est ut duobus codicibus post principem editionem inventis praeter restitutas in initio libri observationes sexaginta novem, quae in illa omissae erant, non multum ad emendationem reliquae partis conferretur et nunc plurima sic, ut olim edita erant, repeterentur. nam vitia quoque scripturae, quae quidem corrigi poterant, quoniam multa quae prave scripta sunt non errori librariorum sed neglegentiae scriptoris tribuenda esse adparet, maximam partem correxerat Hauptius, idemque molestissimo negotio, a quo magna pars emendationis in hoc libro pendet, ut exempla scriptorum a grammatico citata apud illos quaererentur et indicarentur, perfunctus erat. pauca duorum editorum qui eum secuti sunt opera praestitit. scripturam autem trium codicum, quibus usus sum, integram exhibui. in quo de Vindobonensi et Laudunensi superiorum editorum fidem secutus sum, Monacensem ipse excussi. ceterum in indicandis iis quae e libris scriptorum christianorum citata sunt editionem Gallandii, qua sola in plurimis uti poteram, secutus sum. quae res effecit ut numeri olim ex aliis editionibus adscripti saepius mutandi essent. de non nullis autem locis, qui nec a prioribus inveniri nec a me suis auctoribus adsignari potuerunt, accuratius quaerendum esse non existimavi.

De argumento libri quamquam uberius disputare mihi proposi-

— *multis et claris scriptoribus tractata dilatatur:* excerpta de orthographia. ‖ f. 3—5* epistula Coronati ad Luxorium, de magis, de trinitate, interrogationes et responsiones variae, excerptum Hieronymi. ‖ f. 5*—173 *incipit prologus hic prologus indicat quibus glosis — aduersum me. explicit prologus. incipiunt glosae affatae et reliquae* etc. *Abauus — lolium. expliciunt glosae deo gratias amen:* glossae ex vetere et novo testamento. ‖ f. 173*—174* *de duodecim scriptoribus Hieronymi. Uis nunc — hominem sunt. finit.* ‖ uno folio vacuo relicto f. 176—184* *incipiunt synonyma Ciceronis. Ueturio suo — sustinet. explicit synonima artis rethoricae deo gratias amen.* ‖ f. 185—191 *incipit dubiis de nominibus — atrox.* ‖ f. 191—197* *incipit de propriaetate sermonum uel rerum. Inter metum et timorem — commentaria uolumina dicuntur. deo gratias quod perficiamus opus nostrum amen:* de differentiis.

tum non est, tamen pauca dicam, propterea quod ea de re non recte iudicari a non nullis viris doctis video. nam quoniam illud egisse scriptorem adparet, ut genera nominum definiret, qua de causa et in Monacensi codice inscriptioni *de dubiis nominibus* additum est *cuius generis sint*, et Hauptius tum, cum librum initio mutilatum edidit, *de generibus nominum* inscripsit, fuerunt qui, quaecumque in hoc libro scripta essent nomina, vario genere usurpata esse crederent. qua in re vereor ne longe a consilio grammatici aberraverint. primum enim satis magnus est vocabulorum numerus, in quibus non de genere quaeritur, sed de numero, quia vel singulariter vel pluraliter tantum vulgo dicebantur. quo pertinent haec, *barba capillum cunae comae mel Quirites scalae;* eodemque iure referemus alia multa, quorum quamquam genus indicatum est, tamen dubitari nequit quin propter observationem numeri recepta sint, ut *aedes carcer frumentum metallum mentum moenia nares opes odium pavimentum sulphur supellex.* deinde sunt alia in quibus de ratione scribendi dubitatur, ut *babae carecta coturnix cortina crocodilus,* quod genus postea praetermisisse videtur grammaticus. sed ab huius modi observationibus proxime absunt eae, in quibus non tam de incerto unius nominis genere quam de variis vocabulorum formis agitur, ut in v. *ambago bracas biremas circos confligit conpago erinaceus elefantus materies peristromum.* accedunt quaedam vocabula ipsa quoque in priore parte libri posita, quae propterea videntur recepta esse, ut eorum significatio definiretur vel ut ipsa a similibus, quibuscum inferioris aetatis consuetudine permiscebantur, distinguerentur, *aestus ager barones baxeae beavit contiguum candens conpellat diurnum.* denique etiam in iis quorum genus sane a grammatico definitum est sunt multa quae numquam incerti generis apud Latinos fuerunt, sed propterea, ni fallor, scripta sunt, quod alio genere apud Latinos alio apud Graecos dicebantur. nam in hac utriusque linguae diversitate observanda singulare studium posuisse grammaticos intellegitur ex iis quae de idiomatibus generum (nam ita dicere consueverunt) edidimus vol. I p. 551 sqq. et vol. IV p. 573 sqq. et quae ex eodem genere in glossariis Labbaei p. 199 sqq. collecta sunt. quibuscum nomina ab hoc grammatico conposita ita consentiunt, ut maxima pars eorum de quibus ipse commentatus est etiam in illis indicibus inveniatur. ab hoc igitur de generibus nominum scribendi more per scholas grammaticorum propagato is quoque qui hunc librum scripsit profectus est. sed diverso ab idiomatum scriptoribus consilio usus exempla scriptorum vel antiquorum vel recentiorum, quibus genera nominum stabiliret, circumspexit. atque in his solis omnis huius libri utilitas posita est, quandoquidem in multis,

quae nullius pretii aestimanda sunt, conplura quae nec tradita ab aliis et haud dubie ab antiquiore auctore petita sunt exhibet.

Iam vero de auctore a quo scriptor has antiquitatis reliquias accepit etsi nihil certo confirmari potest, tamen conparatis iis quae a reliquis grammaticis tradita sunt nullum puto inveniri posse, ad quem potius illa referantur quam Caprum, cui plurima quae nunc apud grammaticos de dubiis nominum generibus scripta legimus deberi haud inprobabile est. nam in excerptis Iulii Romani apud Charisium, in Prisciani libris, in Nonii capite tertio quod est de indiscretis generibus, in catholicis Probi, in Servii commentario in Vergilium, denique in Capri libro de orthographia qui vulgo fertur multa leguntur nomina, quae partim iisdem exemplis adpositis partim substitutis aliis in hunc quoque librum recepta sunt. quare quo certius de illo consensu constaret et de communi fonte iudicari posset, locos grammaticorum quos dixi subiecta adnotatione indicavi. quamquam facile plura adscribi, non nulla etiam quae posui fortasse rectius omitti potuisse scio. ex illis igitur grammaticis Iulius Romanus saepius Caprum nominat. Priscianus autem ea quae in quinto libro de generibus nominum scripsit apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus inveniri ait p. 171, 14, eosdemque auctores etiam in reliquis libris saepius appellat, quae videtur causa esse, cur conplura quae apud eum scripta sunt cum catholicis Probi consentiant. Nonium quoque propter eius cum Prisciano et Charisio consensum Capro usum esse puto, quamquam Hertzius annal. philol. nov. a. 1862 p. 786 non hunc ipsum, sed Probum a Capro postea exscriptum eius auctorem fuisse voluit. sed quae ad hanc sententiam confirmandam attulit ab iis quae de Capro tradita sunt dissentientia haud scio an rectius posterioribus grammaticis, qui minus accurate illius doctrinam sequebantur, quam Capro multa ex Probi copiis omittenti tribuamus. deinde Servius, qui de dubiis nominibus disputans Caprum nominavit in Verg. Aen. IX 709; X 344, 377, 788, plura quae de eadem re tradit ab hoc petivisse videtur. denique Capri liber qui vulgo dicitur, etsi non a Capro scriptus, sed multo inferiore tempore conpositus est, tamen quaedam ex illius libris excerpta continere iure creditur. ex quo etiam illud adparet, diu apud grammaticos duravisse Capri memoriam. itaque ut alii grammatici in generibus nominum definiendis Capri potissimum copiis usi esse videntur, ita eum qui hunc de dubiis nominibus libellum scripsit non integros quidem illius libros, qui eo tempore vix extabant, sed excerpta, e quibus veterum scriptorum exempla colligeret, adhibuisse crediderim. scripsit autem post aetatem Isidori, cuius mentionem fecit v. *legumen* p. 85 H.

# DE DVBIIS NOMINIBVS

Aegyptus generis feminini, ut David (*ps.* 104, 38) 'laetata est Aegyptus'.

Aera generis neutri * ut Virgilius (*A.* VIIII 699) 'aera per tenerum'.

Arvum generis neutri, ut illud 'incolite arvum'; pluraliter arva 'Galilaeaque arva'.

Amor generis masculini, ut Iuvencus (I 512) 'fraterno demum reconciliatus amore'.

Aestus de inundatione generis masculini, ut Virgilius (*A.* VIII 674) 'aestumque secabant'. nam de aestate intellegendum quod feminino genere dicitur.

Artus singularem numerum non habet, sed pluraliter masculini generis, ut Iuvencus (I 623) 'splendebant corporis artus'.

Ager generis masculini, ut dominus in evangelio (*Matth.* 13, 38) 'ager hic mundus est'.

Arbor generis feminini, ut Paulinus 'erit ut arbor quae propinqua flumini'. ideoque omnes arbores tam in proprio quam in appellativo nomine feminino genere sunt vocandae. sed *hoc* plenius in sequentibus, cum de arboribus proprie scribimus, declaramus.

*M codex Monacensis* 14252 *Emmeramus* 252
*V codex Vindobonensis* 89 *initio mutilus*
*L codex Laudunensis* 463, *in quo exempla scriptorum post v.* opes *omissa sunt*

4 aera *Non.* 193 6 arvum *Non.* 192 14 artus *Non.* 191 *Char.* 45, 6

1 INCIP ''DUBIIS DE ''NOMINIBUS CUIUS GENERIS SINT *M* 2 David] d'd' *M* 4 Aara *L. lacuna quam indicavi exemplum nominis* aera *pluraliter neutro genere dicti excidisse videtur* 6 Aurum gen. neu. ut illud incolites Aruum gen. neu. ut illud incolites aruum *M L* 7 Galilaeaque] *Sedul.* IIII 189 Galilaea per arva 11 intelligendum est quando *L* 13 singl'i numere (*corr.* -ro) non hab' *M* singuli in numero non habet *L* 17 *Paulini exemplum non inveni* 18 flumine *M L* 19 hoc *om.* *M L* in sequent̄ *M* in sequenti *L* 20 propria *M L*

Anguis generis masculini, ut Virgilius 'inimicus inmensis orbibus anguis'.

Ardor generis masculini: hic ardor dicendum et hi ardores.

Archanum generis neutri, hoc archanum et haec archana.

Ambago generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 6, 48) 'ambage fallit atra'.

Aedes generis feminini, et ita de *domo* dicendum.

Apex generis masculini: hic apex dicendum.

Antrum generis neutri, quia pluraliter antra dicuntur.

Acumen generis neutri; pluraliter vero acumina dicuntur.

Bracas, non braces, ut Livius 'laxisque bracis'.

Bacae multae, baca una, ut Virgilius (*g.* II 519) 'teritur Sicionia baca'.

Baculum et baculi, quia masculini generis est. nam quidam dixerunt bacilli et bacilla.

Babae vitiose dicitur, sed papae dicendum, sicut Varro in satira.

Balneas antiqui dixerunt, nunc neutri generis balneum et balnea.

Barones dicendum, sicut Cicero ad Pansam.

Barbam tondere dicendum, non facere, sicut Varro. barbam antiqui singulariter dicebant, nunc pluraliter, ut Virgilius (*g.* III 299) 'interea barbas incanaque menta'.

Baxeas calciamenta feminarum, ut Varro dicit.

Beavit beatum fecit, et ab hoc benignitas dicta, quia beat, sicut Horatius (*carm.* II 3, 6) 'seu *te* in remoto gramine per dies festos reclinatum bearis'.

Biremas dicebant antiqui naves, nunc biremes melius, ut Virgilius (*A.* I 182) 'Phrygiasque biremes'.

Boves generis feminini, ut Virgilius (*b.* 1, 9) 'meas errare boves'.

Bubo avis generis feminini, ut Virgilius (*A.* IIII 462) 'solaque culminibus ferali carmine bubo'.

---

1 anguis *Non.* 191 7 aedes *Char.* 33, 6 11 bracas *Cap.* 2247 14 baculum *Cap.* 2247 17 balneas *Non.* 194 29 bubo *Non.* 194

---

1 *Vergilii exemplum ex duobus, quae sunt apud Nonium l. c., Aen.* V 84 lubricus anguis *et Aen.* II 204 inmensis orbibus angues *conflatum est* immensi sordibus *L* 3 hic ardor dicend' et his ardus *M* hinc ardor dicendum est et bis ardor *L* 6 atra *om. M* 7 et ita de domo] edita de *M L:* aedis ab aede *coniecit Clericus* 8 Apex — dicendum *om. L* 11 braces] bracis *M L* ut luuius *M: Ovid. trist.* V 7, 49 pellibus et laxis arcent mala frigora braccis laxique *M* 12 una *om. M* teretur *M L* sitionia *L* bacae *M L* 13 baculum] baculus *Clericus* quidam scripserunt dederunt *L* q;dam scripseř dd' *M* 14 bacilli et bacella *M: fortasse* bacillum et bacilla. *ea quae sequuntur ordine mutato ita scripta sunt in L,* barones babe barbam bubum balneas birimas boues baxeas beauit bustum 15 sed pape *M L* in satyrā *M* 16 dederunt nunc neutri *L* dd' num nr̄i *M* 17 sicero *M* 18 tundere *M L* 20 mente *M L* sic *L* 23 seu in remota gramine *M* seum remota gramini *L* festus *L, om. M* 24 beares *L* 25 Birimas *L* birimes *M L* 26 birimes *M* 27 meas arare *M* meus arari *L* 28 Bubu *M* Bubum *L* uolaque *L* 29 ferali] fera de *M L* curmine *L*

Bustum generis neutri, quia pluraliter busta dicuntur.

Carecta Virgilius in bucolicis (3, 20), 'tu sub carecta latebas'; nunc caricta.

Circos antiqui; nunc circulos dicendum.

Confligit et conflictus, non conflixus, sicut Virgilius (*A.* X 303) 'inflicta vadis', non inflixa.

Contiguum quod tangi potest, sicut Virgilius (*A.* X 457) 'hunc ubi contiguum missae fore'.

Caelum generis neutri, Virgilius (*A.* I 88) 'eripiunt subito nubes caelumque diemque'; pluraliter autem caeli, ut illud 'commovebuntur caeli fragoribus'.

Cannabi generis neutri, non cannabis.

Coturnicem antiqui dixerunt, nunc cocturnix.

Conpellat antiqui pro appellat, ut Virgilius (*A.* IIII 304) 'Aenean vocibus conpellat'.

Coruscum et vibratum et crispum: Virgilius pro tremulo, (*A.* I 164) 'tum silvis scena coruscis'; item pro rutilo (*g.* I 233), 'corusco semper sole rubens'; item pro vibrato, (*A.* XII 887, 919) 'telum coruscat'.

Crabatum antiqui; nunc grabatum generis neutri, ut Bibaculus 'nam meo grabato'.

Candens plena luna dici potest, ut Virgilius (*A.* VIIII 627) 'iuvencum candentem'. ex quo apparet commune hoc esse, candenti et candente.

Collum generis neutri, quia pluraliter colla dicuntur, ut Prudentius (*cath.* 9, 180) de serpente 'colla fractus sibilat'.

Cuspis generis feminini, ut Prudentius (*psychom.* 718) 'pollutam rigida transfigens cuspide linguam'.

Cinctus genere masculino dicendum, hic cinctus et hi cinctus.

Colus in lanificio *generis feminini,* sicut Cicero (*de or.* II 68, 277) docet.

Cupido generis feminini, ut Virgilius * 'habendi caeca cupido'.

---

9 caelum *Non.* 197 *Char.* 72, 12 *Serg.* 431, 31 12 cannabi *Cap.* 2247 13 coturnicem *Cap.* 2248 28 cinctus *Cap.* 2248 29 colus *Non.* 198 *Cap.* 2248

---

2 bucolices *M L* latebas *om. M* 5 non conflixus *Clericus* non conflexatus *M L* 6 non inflixa *Otto* non flixa *M* non flicxa *L* 7 ubi] nobis *M L* 13 dd' nun coturnix *M* Dauid nunc coturnix *L* 14 Aenean] erican *L* 16 Corruscum *M* et rispum *L* 17 item pro rutilo — rubens *om. M* corusco semper] coruscus est pro *L* 19 Crebattum *M L* grabattum *M* Bibaculus *Clericus* babiculus *M L* 20 gabato *M* 21 Cadens *M* 22 cadentem *M* caudenti ex candenti *L* candenti ex candent *M*: *cf. Charis. p.* 125, 15 24 neū. gen. *M* 25 de serpere colla fratus *M* 26 Cospis *L* 27 lingua *M* 28 hic cinctus et hi cinctus *Otto* hic cinctus et his cinctibus *M* hinc cinctus et bis cinctus *L* 29 Colos *M L* lanificia *L* generis feminini *om. M L* 31 habenda ceta cupido *M L* audentem extrema cupido est certa sequi (*Verg. Aen.* II 139) *Clericus.* *lacunam qua exemplum Vergilii excidit indicavi*

Cyma, alii cymam, ut Volumnius ‘stridentis dabitur patella cymae’.

Capillum antiqui singulariter, sicut barbam; sed nunc pluraliter, ut Virgilius (*A.* X 832) ‘comptos ex more capillos’.

Canalis generis masculini, [ut] hic canalis et hi canales, ut Avitus (V 135) ‘in extremum certans manare canalem’.

Caminus generis masculini, sicut Pollio Asinius.

Calcem hominis aut iumenti feminino genere dicendum, ut Virgilius (*A.* XI 714) ‘ferrata calce fatigat’; calcis vero aedificiorum generis feminini, cuius nominativus cals per s litteram, non per x, ut Varro ‘cals circumfusa aqua’.

Corbes generis feminini, ut Cato ‘corbes messorias’.

Cubitum corporis generis masculini, mensurae autem generis neutri.

Cornu bovis generis neutri. sed est arbor cornus, de qua Virgilius (*g.* II 447) ‘et bona bello cornus’, cuius fructum cornum, ut pomum, et corna, ut idem Virgilius (*A.* III 649) ‘lapidosaque corna’.

Compitum generis neutri et pluraliter compita, ut Prudentius (*apoth.* 7) ‘tam multa surgunt perfidorum compita’.

Crepundia. Cunae *recens* natorum habitacula, ut Prudentius (*cath.* 11, 97) ‘hunc quem latebra cunulae’.

Cavum, si per se dicas, generis neutri est; *cavae* cavernae (*Verg. Aen.* II 52) autem generis feminini scribuntur, ut cavi parietes, cavae speluncae, amplae cavernae. notandum quod parietes genere masculino dixerunt.

Clipeus generis masculini, ut Ennius ‘cecidit clipeus’; et Virgilius (*A.* VII 186) pluraliter ‘spiculaque clipeique’ dixit; et Pomponius generis neutri ‘clipeum in medio fixum est’, sed non recipitur.

---

1 cyma *Non.* 195 *Char.* 56, 8  2 capillum *Char.* 104, 20  6 caminus *Cap.* 2248  7 calcem *Non.* 199 *Cap.* 2242 *Char.* 92, 31 *Prob.* 20, 19. 128, 23  11 corbes *Non.* 197 *Cap.* 2248  12 cubitum *Non.* 201  13 cornu *Cap.* 2248 *Prob.* 125, 11 *Serv. in Verg. Aen.* III 22; 649  24 clipeus *Char.* 77, 14 *Non.* 196 *Serv. in Verg. Aen.* VIIII 709

---

1 Cyma alii cymam *Clericus* Clemam alii ciemam *ML*  stridenti *ML*  ciemeae *M* clemee *L*  3 comptus ex mole capillus *L*  6 pullo *ML*  7 Calicem *L*  8 calice *L*  calix uero *L*, calcis *nominativo dictum esse tradit Probus cath.* 20, 19; cals *dici voluerunt alii, ut Caper l. c. haec neglegenter coniunxisse videtur grammaticus. aut scribendum* calcem vero aedificiorum generis masculini  fem. gen. *L*  9 litteram *om. L*  10 circumfusa aq̄; *M* cirrum fura aquam *L*  11 messories *L*: sane haec corbis dicendum est feminino genere secundum Tullium, qui ait (*p. Sest.* 38, 82) ‘messoria se corbe contexit’ *Servius in Verg. georg.* I 165  12 autem] aut *M*  13 boues *L* de quo *ML*  15 lapidos atque forma *L*  18 Crepundia — cunulae *hoc loco omissa supra* 573, 26 *ante* cuspis *habet L*. crepundia cunabulorum crepitacula, ut Prudentius hunc quem latebra et obstetrix et virga feta et cunula *Clericus*  cunenatorum habitacula *L* cunenator habitacula *M*  19 cimule *L*  20 si] se *M*  cavae *om. ML* cauerna autem *L*  21 ut *om. L*  23 dixerunt] dix̄ *M*  24 Clypeus *M*  Ennius] *cf. Varr. de l. l.* VII 93 *p.* 369 *Sp. Enn. trag. fragm. v.* 207 *ed. Vahl.* clypeus *M*  25 sceptraque (sceptra q̧ *M*) clipei dixit et pompeius *ML*  26 clypeum *M*

Catinus generis masculini, ut Maecenas 'et fumantes calido cum farre catinos'.

Callum generis neutri, ut Cicero (*Tusc. disp.* II 15, 36) 'ipse labor callum obduxit'. callidi sunt, ut dixerunt quidam, 'quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluerit' (*Cic. de nat. deor.* III 10, 25).

Cameli genere feminino dicendum.

Cortina per o dicendum, non curtina.

Clibanus generis masculini, ut Melissus docet.

Comae et coma. nam quidam vetabant dici; sed nunc admittitur.

Conpago generis feminini, ut Varro, haec compages.

Crinis generis masculini, ut Caesar de analogia.

Callis generis masculini, ut Virgilius (*A.* VIIII 383) 'per occultos lucebat semita callis'.

Carcer a coercendo dictus generis masculini.

Crocodillus generis masculini. nam prius corcodillus dicebatur.

Cancer bubo generis neutri, ut Livius 'malum latere solet inmedicabile cancer'. pluraliter autem cancromata dicenda.

| Canis generis feminini, ut Virgilius (*A.* VII 493) 'rapidae venantis Iuli commovere canes'.

Culter generis masculini, ut Virgilius (*A.* VI 248) 'subponunt alii cultros'.

Cardo generis masculini de cardine, ut Prudentius (*cath.* 9, 144) 'cardo dissolubilis'.

Clunes generis feminini, ut Scaevola 'lassas clunes'.

---

1 catinus *Char.* 79, 23 *Cap.* 2248  3 callum *Char.* 72, 1  8 clibanus *Cap.* 2248  10 conpago *Prob.* 10, 9 *Serv. in Verg. Aen.* I 293  11 crinis *Non.* 202  12 callis *Non.* 197  14 carcer *Char.* 32, 16 *Cap.* 2245  18 canis *Serv. in Verg. l. c.*  20 culter *Serv. in Verg. l. c. Non.* 195 *Serg.* 542, 19  22 cardo *Non.* 202 *Prisc.* 206, 10 *Cap.* 2248  24 clunes *Char.* 101, 4 *Non.* 196 *Prisc.* 160, 11 *Cap.* 2248

---

1 micenas *M L*  ingere fumantes *coniecit Clericus:* iugeribus fumans calido cum farre catinus *Charisius l. c.*  caelid' (celi dum *L*) cum ferre *M L*  3 generis neutri] gen. mas. *ML*  labore *M*  4 callidi sunt ut] callideus ut *L* calli. dš ut *M novi tituli initio facto*, callidos autem *Clericus*  5 animus] manus *M L*  6 dicendi *M L*  7 cortina pro duci circum non curtina *M* cortina per duci circum non cortina *L* cortinna per duplicem n, non cortina *Clericus*  8 Clibanus *Clericus* Clibanum *L* Clybanum *M*  melisus *M*  9 Comae] Comee *L*  11 ut Caesar — 12 masculini *om. M. Caesaris auctoritas eo pertinere videtur, quod nomina latina* nis *finita rem inanimalem significantia secundum analogicam rationem, ut ait Probus p.* 124, 19, *masculini generis esse probantur: cf. Char. p.* 101, 7 *exc. Char. p.* 555, 25 *Prob. p.* 209, 31. *Serg. p.* 538, 34. *Cap. p.* 2244 *Serv. in Verg. Aen.* II 554  12 Callis *Clericus* calcis *L*  per occultus *L* pro occultus *M*  13 seminata *M*  calcis *M L*  14 a coarcendo *L* a cercendo *M*  dictus ut uirgilius gen. masc. *L*  15 Corcodrillus *L* Curcodillus *M*  prius corcodrilius *L* prius corcodrillis *M*  16 bobo *L* borbo *M*  ut lius malum latet solet *M* latere malum solet immedicabile cancer *coniecit Hertzius de fragm. T. Livii com. p.* 1 (*Vratislaviae a.* 1864) *p.* 12 *fortasse* ut Macer Aemilius latet inmedicabile cancer  18 Capis *corr.* -nis *V* Capis *M L*  uenanti iuli commoueri *L*  20 ut Virgilius — 23 masculini *om. M*  21 cultrus *V* cultris *L*  24 ut Scaevola] usceuola *M*  lasas *L* lasses *M*

Colustrum generis neutri, ut Martialis (XIII 38) [ut qui] 'colustrum luteum' et Plautus (*poen.* I 2, 154) 'meum mel, mea colustra'.

| Currus generis masculini et ideo diminutive curriculus. nam Cicero curriculos et curricula dixit.

Crocum generis neutri; sed Macer Aemilius 'pallentesque crocos'.

Cristallum generis neutri, ut Ovidius 'currus cristallo lucidus alba'.

Corticem priores genere feminino dixerunt; sed nunc masculino genere dici debet, ut Ovidius (*am.* I 14, 12) 'rupto cortice' et Virgilius (*A.* VII 742) 'tegmina quis capitum raptus de subere cortex'.

Caseus generis masculini, ut Virgilius (*b.* 1, 34) 'pingues premere caseos'.

Culmum generis neutri, ut Nepos vult. Cicero autem 'erit brevis culmus'. ergo non neutrum nec femininum, sed masculinum, ut Varro 'in tritici culmo'. Virgilius (*g.* I 150) dixit 'mala culmus'.

Cutis generis feminini, ut Sidonius (19, 2) 'ut solidet calidam frigida lymfa cutem'.

| Cingula generis feminini, ut Ovidius (*rem.* 236) 'nova velocem cingula laedit equum'.

Culleum generis neutri, ut Cato 'cullea vini'. dixerunt alii culleos; sed non recipitur.

Cineres generis masculini, ut Virgilius (*A.* II 431) 'Iliaci cineres'.

Cassidem generis feminini, ut Propertius (IIII 11, 15) 'aurea cui postquam nudavit cassida frontem'.

---

1 colustrum *Serv. in Verg. buc.* 2, 23 *Cap.* 2248 *Non.* 84  3 currus *Char.* 77, 11 *Non.* 198  5 crocum *exc. Char.* 548, 13 *Non.* 202 *Serv. in Verg. georg.* IIII 182  7 corticem *Non.* 199 *Prisc.* 164, 24 *Serv. in Verg. buc.* 6, 63  10 caseus *Char.* 79, 15 *Non.* 200  17 cingula *Serv. in Verg. Aen.* VIIII 359  19 culleum *Non.* 197  21 cineres *Char.* 101, 9 *Non.* 198 *Cap.* 2248  22 cassidem *Char.* 103, 15 *Prisc.* 218, 15. 251, 3

---

2 *fortasse* sed Plautus generis feminini  mel mea] melinea *M*  3 ideo *om.* *L*  curriculus] curriculis *M L*  4 curriculus (*corr.* -os) et curicula *M*  5 crocum *Hauptius* crocus *M V L*  crocos *Hauptius* crocus *M V* crocis *L*  6 *aut* sed Ovidius *aut* albo *pro* alba *legendum, ut indicavit Hauptius. in Ovidii carminibus verba non leguntur:* Lucanus *pro* Ovidius *scribendum et Heliacis Lucani verba tribuenda esse coniecit R. Vngerus de Lucani Heliacis* (*Brandenburgi novi a.* 1858) *p.* 13, *contra quem dixit H. Genthius de Luc. vit. et script.* (*Berolini a.* 1859) *p.* 45  lucedus *M V L*  7 prioris *L*  dederunt *L*  8 ardua derepto cortice cedrus habet *Ovidius*  9 capitum] capitur *M L*  subore cortix *M V* supore cortix *L*  10 pinguis et ingratae premeretur caseus urbi *Vergilius*  12 Culmus *M V L*  nepus *V L* nep' *M*  cicero *M*. *ex oeconomicis Ciceronis exemplum petitum esse coniecit Hauptius coll. Xenoph. oecon.* 18, 2 ἢν μὲν βραχὺς ᾖ ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ', ἔφην, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἱκανὰ τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται  erit (ēri *M* erunt *V*) breues culmus *M V L* erunt breves culmos *Hauptius*  14 mala culmos esset robigo *Vergilius*  15 solidit *V L*  calida figida *M*  16 cutem] autem *M*  18 equus *M V L*  19 Cato] in libro originum *Varro r. r.* I 2, 7  cullia *M* culia *L*  dixerunt] d'd' *M* dederunt *ex L edidit Clericus* dicunt *V*  culeus *L*  20 sed *om.* *M*  21 generis *om.* *M V*  aliaci *M V L*  22 Propertius *Hauptius* prudentius *M V L*  aureā *M V L*  23 p'quam *M*  cassidia *M*  ferontem *L*

Carmen generis neutri, ut Valentinus * 'nullus mea carmina laudat'.

Conubium generis neutri, ut Iuvencus (I 534) 'siquis conubia rumpit'.

Caput generis neutri, ut Sidonius (13, 20) 'et mihi, ut vivam, capita tolle tria'.

Culmen generis neutri, ut Sidonius (18, 3) 'tolluntur culmina cono'.

Concilium generis neutri, ut Virgilius (*A.* XI 234) 'concilium sacrum'.

Convitium generis neutri, ut Severus (*dial.* 3, 15) 'evomuit mille convitia'.

Corpus generis neutri, ut Virgilius 'corpora natorum sternuntur limine primo'.

| Callis generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 7, 50) 'recto calle lineam'.

Calor generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 96) 'flammam parturit ipse calor'.

Candor generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 2, 70) 'candore tinguis lacteo'.

Clamis generis feminini, ut Severus 'divisa clamis'.

Caligo generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 2, 5) 'caligo terrae scinditur percussa solis spiculo'.

Dorsum generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 110) 'dorsum inmane mari' et alibi 'dorsa caerulea'.

Dies apud Graecos generis feminini, a nobis autem masculino et *feminino* promiscue dicitur. nam apud grammaticos alii putant masculini generis esse, eo quod dicimus hodie, quod est hoc die, alii feminini generis, quoniam quae ablativo casu e littera producta finiuntur latina, omnia feminina sunt, ut spes fides [caritas] facies.

Domus generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 637) 'at domus interior regali splendida luxu'.

Diadema generis neutri, ut Gracchus 'purpura et diadema'.

| Dolus generis masculini, ut Iuvencus (II 815) 'hic dolus inimice tuus'.

---

14 calor *Non.* 200 21 dorsum *Prisc.* 170, 2 *Cap.* 2248 *Non.* 203 23 dies *Char.* 110, 8 *Prob.* 210, 6 30 diadema *Char.* 42, 29 *exc. Char.* 544, 30

---

1 nalantinus *L.* *exemplum est Symposii aenigm.* 19, 3: *cf. Paul de Symposii aenigmatis* (*Berolini a.* 1854) *p.* 17, *Hertz in Priscian. t.* VI *p.* 200, 1 2 Cunubium *L* conubia] cunubia *MV* 4 et] ut *M* 7 concilium magnum *Vergilius* 8 seueris *M* reuerus *L* euomitum ille *MVL* 10 Virgilius] *Aen.* II 214 corpora natorum serpens amplexus uterque, *ib.* 364 plurima perque vias sternuntur inertia passim corpora perque domos et religiosa deorum limina, VI 427 infantumque animae flentes, in limine primo quos — abstulit esternuntur *L* 14 lactantis *ML* 16 candor] cardor *M* 18 calamus *V* gen. masc. *MVL* *Severi exemplum non repertum est* calamis *V* 22 dorsa caerulea *unde petita sint non constat* 23 mas̄ et promiscue *MVL* 25 esse eo quod] pro eo quod *L* hoc die] hoc hodie *MV* 26 e litt. e producta *MVL* 28 at *om. M* interius regales *MVL* 30 gracus *MVL* purpuram *coniecit Hauptius* 31 tuos *L*

p. 78. 79 H.

Dapis generis feminini, ut Iuvencus 'quae dapis'.

Diploidis generis feminini, ut 'diploidem suam'.

Diurnum dicitur quod per singulos dies fit.

Ebur generis neutri, ut Virgilius (*g.* II 193) 'inflavit cum pinguis ebur'. unde et eburnea, non eborea dicendum.

Eculeus generis masculini, ut Cicero 'inequitavit eculeus'.

Erinaceus, non ericius. tamen Rabirius 'portarumque fuit custos ericius'.

Error generis masculini, ut Iuvencus (II 81) 'nam tibi praeteritus vitae donabitur error'.

Echinus generis masculini, ut Horatius (*sat.* II 4, 33) 'ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini'.

Elefantus generis masculini, ut Rabirius 'ac veluti Numidis elephans circumdatur altus'.

Effigies generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 3, 194) 'prisca renascitur effigies'.

Fons generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 6, 35) 'purusque fons ab aethra'.

| Frux generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 178) 'frugesque receptas'.

Flos generis masculini, ut Iuvencus (I 30) 'primaevo in flore negavit'; pluraliter flores, ut Prudentius (*cath.* 12, 125) 'salvete flores martyrum'.

Fretum generis neutri et pluraliter freta, ut Petronius 'freta Nereidum'.

Fores generis feminini, ut illud 'ante tuas fores'.

Filum generis neutri, pluraliter fila, ut Lactantius (*phoen.* 50) 'fila canora lyrae'.

Funes generis masculini, ut David (*ps.* 118, 61) 'funes peccatorum circumplexi sunt me'.

---

1 dapis *exc. Char.* 549, 5    4 ebur *Char.* 73, 21 *Cap.* 2248 *Serv. in Verg. Aen.* I 592. XII 11    6 eculeus *Prisc.* 114, 20. 259, 18    9 error *Non.* 204    13 elefantus *Char.* 127, 22 *Prisc.* 216, 10 *Cap.* 2248    19 frux *Cap.* 2248    20 flos *Prob.* 213, 18    22 fretum *Char.* 129, 6 *Prisc.* 170, 3 *Non.* 205    28 funes *Non.* 205 *Prisc.* 160, 17

---

1 quae dapis *in Iuvenci carminibus non repertum est*    4 inflavit] ut flauit *L*    5 non eburrea *M V L*    dicendus *M*    6 equleus *utroque loco L*    Cicero] *in Verr. act. sec.* IIII 20, 43 in his equitabit eculeis    7 erinaceus] erinacius *M V*    non eritius *L*    rubirius *M V*    portarumque *Hauptius* portarum qui *L* partarum qui *V* pantarumqui *M*    custus *M V*    9 praeteritur *M* praeteriture *V*    10 vitae donabitur error *om. M*    donauit *V L*    11 eccinus *L*    ostra *V*, *om. L*    13 rabius *V*    ueluti Numidis *Hauptius* uelut in umidis *L* uelut inhumidis *V* uelut inhumid' *M*    elephas *V*    14 circumdatus alis *coniecit Clericus*    altus *Hauptius* aliis *V L* illis *M*    15 renascetur *M V L*    18 abetra *V L* abeterra *M*    20 iugauit *L*    21 flores *priore loco om. M L*    saruite *L* seruite *M*    26 filum] filium *L*    28 David] d'd' *M*    29 circumplexe *V*

Funus generis neutri, 'funus hoc exequimur'.

Frons generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 166) 'fronte sub adversa'.

Flumen generis neutri, ut Ausonius 'redite rursum flumina'.

Fatum generis neutri, ut Virgilius (*A.* IIII 20) 'fata Sychaei'.

Favum generis neutri, ut illud (*ps.* 18, 11) 'super mel et favum'. pluraliter autem favi; *sic* et caeli.

Frumentum generis neutri, ut Virgilius (*g.* I 315) 'frumenta in viridi stipula'. sic et hordeum, (*g.* I 210) 'serite hordea | campis'. sic et vinum: nam et Salomon (*eccl.* 2, 8) dixit 'scyphos et urceos ad vina fundenda'. sed prohibent grammatici. sed et Virgilius dixit 'nam rivis mella fluent'. omne enim quod pensatur in liquidis masculino genere grammatici scribi volunt.

Filomella generis feminini, ut Dynamius 'laeta sedens filomella fronde'.

Germen generis neutri, ut Iuvencus (I 703) 'proprio vestitur germine pomi'.

Gaudium generis neutri, ut illud 'cumulantur gaudia nobis'.

Gramen generis neutri, ut Virgilius (*A.* II 471) 'mala gramina pastus'.

Gladius generis masculini, ut Sedulius (I 151) 'fervidus ingentem gladius consumeret hostem'.

Genus generis neutri, ut Virgilius (*A.* IIII 12) 'genus esse deorum' et Prudentius contra paganos genera multa deorum ridiculum esse.

Gens generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 67) 'gens inimica mihi'.

| Gymnasium generis neutri, sicut balneum: in Apollonio 'gymnasium patet'.

Guttur generis neutri, ut Virgilius (*A.* VI 421) 'triformia guttura pandens'.

Grex generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 3, 157) 'grege candido'.

---

2 frons *Cap.* 2248 *Non.* 204 7 frumentum *Char.* 34, 22. 93, 9 *exc. Char.* 550, 26 *Prisc.* 175, 17 20 gladius *Non.* 208 27 guttur *Non.* 207 *Prisc.* 155, 7. 170, 1 29 grex *Non.* 208 *Char.* 92, 29

---

2 frontes sub *MVL* 3 auronius redit̄ *M*: *apud Ausonium verba non inventa sunt* 5 fatum *priore loco M* 6 faui et caeli *MVL* 7 frumentum] frumenti *L* uiride stipula *MV* uiride estipula *L* 9 scyphus et urceus *V* sciphus et urceus *L* schu sciphus et urceus *M* 10 fundendas sed prohibent hoc gramaticis *L* Virgilius] *georg.* I 132 et passim rivis currentia vina repressit, *bucol.* 3, 89 mella fluant illi 11 pensatus *L* masculino genere] *l.* singulari numero 13 dinamius *ML* 15 germinon pomi *M* 17 comolantur *MV* 19 passus *L* 20 sidulius *MV* ingente *MVL* 22 esse *om. MV* 23 *Prudentii nomen quo pertineat non constat* rediculum *L* ridicula *Otto* 24 inimica] inimi *M* 25 gennasium *utroque loco L* in appollonio *MV*: *in narratione eorum quae contigerunt Apollonio Tyrio, Velseri op. ed. Norimb. a.* 1682 *p.* 686 audite cives, audite peregrini, ingenui et servi, qui ablui vult, gymnasium patet. *quem locum mihi indicavit Hauptius* 27 guttur] guttu *L*, *in quo* guttur — pandens *transposita sunt post* grex — candido

p. 81. 82 H.

Gremium generis neutri, ut Prudentius (*ap.* 648) 'matris adoratum gremium'.

Glandis generis feminini, ut Virgilius 'querna pellere glande famem'.

Homo promiscui generis. nam ut vir homo, ita et mulier homo dicitur, et Iesus ideo filius hominis, quia filius virginis.

Humum generis feminini, ut illud (*exod.* 4, 9) 'super aridam humum'.

Honor generis masculini, ut illud apostoli (*ad Rom.* 12, 10) 'honore mutuo praevenientes'.

Honos de honore, ut Virgilius (*b.* 5, 78. *A.* I 609) 'semper honos regnumque tuum laudesque manebunt'.

Harundo generis feminini, ut illud evangelii (*Matth.* 12, 20) 'harundinem quassatam'.

Hirundo avis generis feminini, ut illud 'iam rediit velox hirundo'.

| Hastile generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 10, 29) 'hastile fixum', et alibi 'hastilia fracta videt'.

Hostis generis masculini, ut illud 'hostis iniquus adest'.

Horreum generis neutri, ut ait quidam 'horrea vestra frugibus plena'.

Hiems generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 125) 'emissamque hiemem sensit'.

Haspis generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 265) 'parvus extracta trucibus cavernis aspide ludet' et Severus (*dial.* 1, 10) de aspide 'quasi incantata carminibus caerula colla deposuit'.

Humor generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 24) 'nec cadit ex alto turbidus humor aquae'.

Humerus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 589) 'os humerosque deo similis'. singulari numero caret.

Heremus generis feminini, ut ad Frontonium discipuli 'numquid in sola heremo castitas custodiri potest'?

Hyacinthus generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 137) 'ingentes oculos credas geminos hyacinthos'.

---

3 glandis *Prob.* 6, 16. 21, 24 *Prisc.* 281, 15. 115, 18 *Char.* 37, 15. 155, 15 *exc. Char.* 535, 23 4 homo *Char.* 102, 20 *Prisc.* 206, 14 6 humum *Prisc.* 269, 5 17 horreum *Non.* 208

---

1 matris] magis *M V L* 3 *excidisse videtur versus Vergilii a Probo et Prisciano l. c. citatus georg.* IIII 81 nec de concussa tantum pluit ilice glandis. *nam quod sequitur exemplum est Tibulli* II 1, 38 4 promiscue *M* 9 honus *priore loco M V* 10 laudisque *L* 13 hyrundo aues *M V* arundo *M* 15 hastilia] hastilea *V* astilea lea *M* 16 hostes *priore loco M V*, *utroque L* hostis] *Verg. Aen.* VIIII 38 hostis adest 17 horrea] horrea nostra dehinc purgata fruge replebit *ex Iuvenci de evang. hist. l.* II 813 *attulit Hauptius* 18 hiemps *M V* hieme *M V L* 20 haspes *M V L*: haspis — deposuit *post* humor — aquae *habet L* extracta] extra *M* 21 luet *V* reuerus quasi de aspide incantanta *L* 23 nec cadit] necauit *M V L* 25 hos humeros deoque similes *M V L* 26 singl' numer' *M* singulare numerum *V L* 27 numqd' *M* in sola eremo castitas custodiri *Hauptius* in solam heremum castitas custodire *M V L* 29 iacinthus *V* iacinctus *M L* 30 iacinctos *M L* iacintus *V*

| Ignis generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 5, 37) ʻhunc ignem populus sanguinis incliti'.

Incendium generis neutri, ut illud ʻincendia magna videntur'.

Iter generis neutri, ut Iuvencus (I 24) ʻad verum convertet iter'.

Ius generis neutri, ut Iuvencus (I 680?) ʻhoc ius dixere prophetae'.

Imago generis feminini, ut illud ʻimago tua demonstrat'.

Iubar generis masculini, ut illud ʻiubar splendidus'.

Inguen generis neutri, ut Prudentius (*cath.* 2, 81) ʻnutabat inguen saucium'.

Imber generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 123) ʻaccipiunt inimicum imbrem'.

Iugum generis neutri, ut Lactantius (*phoen.* 7) ʻsed nostros montes, quorum iuga celsa putantur'.

Iaculum generis neutri, ut Virgilius (*A.* V 68) ʻiaculo incedit melior'.

Iugerum generis neutri, ut Prudentius (*psych.* 535) de Iuda ʻobliso luiturus iugera collo'.

Iocus generis masculini, ut Paulinus (*carm.* 4, 10) ʻinlecebras turpesque iocos'.

| Ius de iure generis neutri, pluraliter autem iura, id est iuscella.

Iugulum generis neutri, ut Prudentius (*psych.* 49) ʻiugulum meretricis adacto transfigit gladio'. ab hoc dictum iugulare.

Ludum generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 9, 41) ʻludum volupe'; pluraliter ludi dicendum.

Labes generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 293) ʻnulla nos aetas, nulla tibi labes'.

Letum generis neutri, ut Prudentius (*psych.* 571) ʻletum versatile et anceps'.

Linum generis neutri, ut Sidonius (*ep.* VIIII 13 *v.* 33) ʻnive pulchriora lina gerit orbis'.

Lolium generis neutri, ut Virgilius (*b.* 5, 37. *g.* I 154) ʻinfelix lolium'.

Liber generis masculini, ut Prudentius (*steph.* 10, 1131) ait ʻhic in regestis liber est caelestibus'.

---

7 iubar *Prisc.* 170, 6  10 imber *Prisc.* 150, 19  17 iocus *Non.* 209 *Char.* 37, 3 *exc. Char.* 551, 28

---

2 sanguis *M V*  inclite *M V L*  4 uirum conuertit *M V L*  5 propheta *L*  6 feminini] neutri *L* n̄ī *V*, *om. M*  8 ingens *priore loco L*  neutri *om. M*  11 imber *M*  12 sed trimontes *M V L*  14 iaculum incidit *M V L*  15 obliso luiturus] soluiturus *M L* soluturus *V*  19 autem *om. L*  iucella *M V L:* iuscellum *Charisius p.* 32, 11  20 iaculum *priore loco M, corr.* iugulum *V*  22 ludtum *priore loco M*  ludum discipulis volupe est ut praebeat ipse doctor *Prudentius*  25 nulla tibi labes *om. M*  labet *L*  26 ut Prudentius *om. L* ut sidonius ut prudentius *M*  29 linia gerit *V* lini gerit *L*  orb' *M* oribus *L*  33 resgestis *M V L*

p. 84—86 H.

Libido generis feminini, ut Prudentius (*psych.* 87) 'prostrata iaces, lutulenta libido'.

Locus generis *masculini*, ut illud (*Sulp. Sev. dial.* 1, 7) 'locus ille maximam parabat invidiam'. pluraliter loca Virgilius dixit.

| Laus generis feminini, ut Prudentius (*steph.* 1, 82) 'illa laus occulta non est'.

Lumen generis neutri, ut Sidonius (*carm.* 19, 4) 'lumina vestra natant'.

Lavacrum generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 10, 158) 'dum ad lavacrum praeconando curritis'.

Livor generis feminini, ut Iuvencus (I 369) 'mox livor daemonis atra'.

Lucrum generis neutri, ut Paulinus (*carm.* 17, 274) 'sacri lucrum cumulans talenti'.

Lignum generis neutri, ut in regum 'ligna inputribilia'.

Limen generis neutri, ut Virgilius (*A.* VI 427. XI 423) 'limine primo'.

Litus generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 2) 'Laviniaque venit litora'.

Liquor generis masculini, ut Prudentius (*ap.* 670) 'sustinuit gressum domini famulus liquor'.

Legumen generis neutri, ut Isidorus 'legumina mari' et illud 'legumina multa'.

Labor generis masculini, ut illud 'labor iste non erit irritus'.

| Ludibrium generis neutri, ut illud 'ludibria multa sectatus et iugula'.

Lucifer generis masculini, ut Sidonius 'nitidus Lucifer'.

Lapis generis masculini, ut Prudentius (*ap. praef.* 2, 33) 'lapis ecce nostro fixus offensaculo est'.

Lepus generis masculini, ut Ausonius 'investigatum ferri dolus lepori'.

---

3 locus *Non.* 211 *Char.* 37, 2. 76, 14 *exc. Char.* 551, 27 *Serv. in Verg. Aen.* I 306  12 lucrum *Non.* 210  17 liquor *Prisc.* 170, 13  25 lapis *Non.* 211  27 lepus *Prisc.* 104, 19. 169, 15. 264, 6

---

1 libido — lutulenta libido *hoc loco omissa — ante* 24 lucifer *habet M*  feminini] neū *M V L*  iacis *V L* iatis *M*  2 luculenta *L* luculeta *M*  3 masculini *om. M V L*  locum *M*  11 hic livor ἡ πελιδνότης καὶ ὁ φθόνος *de idiom. gen. vol.* IV *p.* 574, 71. *aut* livor generis masculini — ater *scripsit grammaticus, aut in errorem inductus est vitio scripturae apud Iuvencum*, rabidi mox livor daemonis ater cum terrore rapit mentem  12 his sacrum lucris cumulans talentum *Paulinus*  13 comulans *M* cōmulans *V L*  14 in regnum *M* e regum *L. in libris regum non leguntur verba; ex exodo* (c. 35) *citavit Hieronymus ep.* 64, 9 (*vol.* I *p.* 360 *ed. Vallars.*) legimus in exodo — pilos caprarum et ligna inputribilia, *quamquam in vulgata interpretatione l. c.* ligna inputribilia *non inveniuntur*  15 prime *M*  16 lauinia atque *L*  19 Legumen — multa *hoc loco omissa ante* 24 lucifer *habet L:* ligumen *et* ligumina *utroque loco M V L*  ysidurus *M* ysiderus *L. exempla unde petita sint non constat*  22 multa sectatus] multatus *M*  23 iugula] gula *M L:* iocularia *vel* ioca *vel* iocula *coniecit Hauptius*  24 nitidus lucifer *non inventa sunt apud Sidonium*  27 investigato ferre dolos lepori *coniecit Hauptius. apud Ausonium verba non inventa sunt*

Lucus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 441) ʻlucus in urbe fuit media laetissimus umbraʼ.

Lacus generis masculini, ut Virgilius (*A.* VI 393) ʻaccepisse lacuʼ.

Laqueus generis masculini, ut psalmista (123, 7) ʻlaqueus contritus estʼ.

Latex generis masculini, ut Prudentius (*steph.* 12, 41) ʻcyaneusque latex umbram trahit imminentis ostriʼ.

Lacunar generis neutri, ut ibi (*Prud. steph.* 12, 42) ʻcredas moveri fluctibus lacunarʼ.

Limus generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 7, 191) ʻmiratus hostis posse limum tabidumʼ.

Lilium generis neutri, ut Sidonius (*carm.* 2, 111) ʻlilia permixtis insultavere pruinisʼ. |

Lynces generis feminini, ut Virgilius (*g.* III 264) ʻquid lynces Bacchi variaeʼ.

Lichinus generis masculini, pluraliter lichini, ut Virgilius (*A.* I 726) ʻdependent lichini laquearibus aureisʼ.

Mare generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 32) ʻmaria omnia circumʼ.

Mantile generis neutri, ut Virgilius (*g.* IIII 377. *A.* I 702) ʻtonsisque ferunt mantilia villisʼ.

Membrum generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 92) ʻsolvuntur frigore membraʼ.

Mustum generis neutri, ut Iuvencus (II 376) ʻcalidum committere mustumʼ, idemque (II 378) ʻspumantia mustaʼ.

Murmur generis neutri, ʻmurmura multaʼ.

Mundus generis masculini, ut Iuvencus (*praef.* 5) ʻquo cunctum rapiet flamma ultima mundumʼ.

Morbus generis masculini, ut Iuvencus (II 77) ʻmorbus dissolverat aterʼ.

Moles generis feminini, ut Severus (*dial.* 3, 8) ʻmoles turrita surrexeratʼ.

Metus generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 16) ʻnec metus asper aditʼ. |

---

6 latex *Prisc.* 169, 13  8 lacunar *Char.* 38, 18  10 limus *Prisc.* 169, 13  14 lynces *Prisc.* 218, 6  25 murmur *Non.* 214 *Prisc.* 170, 2  26 mundus *Non.* 214  32 metus *Non.* 214

---

1 urbem *M V L*  2 mediatissimus *M V* mediartissimus *L*  3 accipisse *L* lacus *V*  4 laqueos *utroque loco L*  psal' *M V*  6 cianeus latex *M V* tinneus latex *L*  8 ibidem *Hauptius*  11 tabium *L*  12 lilium] lilius *M*  neutri *om.* *M V* permixtus *L*  13 proinis *M*  14 Lynces — variae *post* 17 aureis *habet L*: linces *utroque loco M V L*  quid *om.* *M*  baci *M V* bace *L*  18 mare] mari *M V L*  19 ut *om.* *L*  tunsisque *V L*  20 fert *M* fertur *V L*  23 callidum *L*  conmittere mus; *M*  24 idemque *Hauptius* idē quę *V L*: idemque spumantia musta *om.* *M*  25 murmura] murmur *M*  26 generis masculini *Hauptius* geñ. m̄ *M V L*  sapiat *M V L*  27 flamma *om.* *L*  30 torrita *M V L*  32 aspes *M L*  33 adit] adhesit *M V L*

p. 88. 89 H.

Materies generis feminini, ut Prudentius (*c. Symm.* II 257) ʻdeus inlustravit alumnam materiemʼ.

Metallum generis neutri, ut Prudentius (*c. Symm.* II 287) ʻrursus et ad proprium restillet vena metallumʼ.

Mos generis masculini, ut Symmachus (X 61) ʻsuus cuique mosʼ.

Mentum generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 311) ʻcanaque mentaʼ.

Mysterium generis neutri, ut Ambrosius ʻmysterium mirabileʼ.

Manipulus generis masculini, ut psalmista (125, 6) pluraliter ʻportantes manipulos suosʼ.

Mel generis neutri. quamvis grammatici vetent pluraliter, tamen Virgilius (*A.* I 432) ait ʻstipant *liquentia* mellaʼ.

Moenia generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 437) ʻfelices, quorum iam moenia surguntʻ.

Mens generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 3) ʻsemper adnexa sine fine tecum mente futurosʼ.

Merces generis feminini, ut Avitus ʻmercede repositaʼ.

Numen generis neutri, ut Iuvencus (I 45) ʻnumen vidisse supernumʼ.

| Nemus generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 191) ʻnemora inter frondea turbamʼ.

Nubes generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 143) ʻcollectasque fugat nubesʼ.

Nares generis feminini, ut Virgilius (*g.* IIII 300) ʻhuic geminae naresʼ.

Nasum generis neutri, ut Lucilius ʻnasum hoc corpusque scutumʼ.

Nucleus generis masculini: nam Cicero pluraliter nucleos dixit.

Nix generis feminini, ut Ennius ʻhae nivesʼ.

Naevus generis neutri, sed Varro ad Ciceronem ʻhic naevusʼ.

Nefas generis neutri, ut Prudentius (*cath.* 1, 58) ʻex ore prolapsum nefasʼ.

Negotium generis neutri, ut Sidonius ʻnegotium criminale parturitʼ.

Oraculum generis neutri, ut Avitus ʻepiscopus responsa potius quam oracula destinavitʼ.

---

24 nasum *Non.* 215 *Prob.* 212, 10

---

2 alumua *V* alumina *M* alunna *L* 3 Mittallum — metallum *post* 5 mos *habet L* 4 et *om. M* 5 mors *utroque loco M V L* 8 psal' *M V L* 11 stipantia mella *V L* stipantia *M* 12 generis neutri *Hauptius* gen. fem. *M V L* 14 adnixa *M V L* 15 tecum mente cum mente *M V* 16 mercis *M V L* mercede reposita *apud Alcimum Avitum non inventum est:* mercede soluta *legitur carm.* V 349 17 nomen *utroque loco M V L* 18 nemora] nemorea *L* 20 nebus *priore loco M, corr.* nubes *V* 22 gemineque *L* 24 luculius *M L* scitum *coniecit Hauptius* 25 nucleos] nucleus *M L* 27 neuus *utroque loco M V* netius *priore L* generis masculini ut Varro *coniecit Hauptius.* naeuus *οὐλή gloss. Labb. p.* 119. *neutro genere dictum esse a nullo traditum inveni* 28 Nefas — nefas *post* 30 parturit *habet L* pro absum *M V L* 30 *Sidonii, item* 31 *Aviti et* 585, 3 *Severi verba apud hos non inventa sunt* parturint *M* pasturent *L* postulent *coniecit Clericus*

Oppidum generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 402) 'exportant calathis, adit oppida pastor'.

| Opinio generis feminini, ut Severus 'auditam diu opinionem eius'.

Odor generis masculini, ut apostolus (*ad Cor.* II 2, 15) 'bonus odor sumus'.

Olocaustum generis neutri, quia pluraliter holocausta et holocaustomata, ut psalmista (65, 15) 'holocausta medullata' et (*Ier.* 6, 20. 7, 21) 'holocaustomata vestra'.

Ostrum generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 17) 'illi victor ego Tyrio conspectus in ostro'.

Ostium generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 13) 'contra Tiberinaque ostia'.

Onus generis neutri, ut Virgilius (*g.* IIII 167. *A.* I 434) 'suscipiunt onera venientum'.

Ovum generis neutri, quia ovum et ova dici potest.

Os de ore generis neutri, ut Virgilius (*g.* IIII 477) 'ante ora parentum'.

Os de osse generis neutri, ut Virgilius (*A.* III 57) 'postquam pavor ossa reliquit'.

Opes generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 273) 'has opes condens domino perenni'.

Oleastrum generis neutri, sed Virgilius (*g.* II 314) 'foliis oleaster amaris'.

| Opus generis neutri, 'opera multa'.

Origo generis feminini, ut Iuvencus (I 166) 'origine clara'.

Ordo generis masculini, ut Iuvencus (I 356) 'sectandus conplebitur ordo'.

Odium generis neutri, ut Severus (*dial.* 2, 8) 'multorum mihi odia concitavi'.

Obices generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 9, 147) 'obice extrorsum recluso'.

---

22 oleastrum *Prisc.* 154, 15 *Prob.* 215, 24 *Serv. in Verg. Aen.* XII 764    30 obices *Serv. in Verg. Aen.* X 377 VIII 227 *georg.* IIII 422

---

1 opidum *L*   caladis *M V* calates *L*   2 addit *V*   opida partor *L*   6 holochsustum *L et sic in reliquis*   holocasta et holocaustamata *M*   7 psalm. *L* psal. *M V*   8 holocaustamata *M*   9 ostrum — in ostro *ante* olocaustum *habet M*, *ante* odor *L*   generis neutri *Hauptius* gen. masc. *M L* gen. mas. *V*. *propter cognata huic vocabula* haec ostrea *et* hoc ostreum, *de quibus saepe a grammaticis quaesitum esse constat, genus notatum esse videtur*   ille *M V L*   tirio conspectu in ōrō *M* tirio conspectui n̄rō *V L*   18 os de ossum *M V L*   p'quam *M*   19 relinquid *M V L*   20 ut] aut *M*. *exempla scriptorum inde ab hoc loco omissa sunt in L*   25 origine — 26 ut Iuvencus *om. M*   26 complectitur *V*   28 multorum *om. M*: tanta mihi omnium feminarum cunctorumque monachorum odia concitavi *Severus*   30 obices] *fortasse* obice

p. 91. 92 H.

Orbis generis masculini, ut Cicero (*somn. Scip.* 3, 16) 'quem vos orbem lacteum nuncupatis'.

Pumex generis masculini, ut Virgilius 'latebroso in pumice pepli'.

Pelves generis feminini, ut Vallius 'perfusam pelvem'.

Parapsis generis feminini, ut Prudentius (*steph. praef.* 16. 18) 'nec aere defit expolita pelvis gravisque et ampla argentea est parapsis'.

Peristromum generis neutri; sed Cicero (*Phil.* II 27, 67) elegantius dixit hoc peristroma et haec peristromata.

Paries generis masculini, quia dixerunt hunc parietem et hos parietes.

| Pavimentum generis neutri, 'pavimenta multa'.

Pulpitum generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 10, 221) 'cygnus stuprosa peccat inter pulpita'.

Porticus generis feminini, ut Cyprianus (*ep.* 1) 'pampineam porticum frondea tecta fecerunt'; et Hieremias altas porticos dixit. sed in evangelio (*Io.* 10, 23) 'porticu' legimus 'Salomonis'.

Putei generis masculini, ut Cato et Varro.

Panis generis masculini, huius panis; pluraliter genitivum facit [id est] horum panum. * sunt et panuculae in lanificio.

Palumbis generis feminini, ut Virgilius (*b.* 3, 69) 'aereae palumbes'.

Palus generis feminini, ut Alexander 'palus erat sicca'.

Papaver generis neutri, ut Lactantius (*phoen.* 127) 'quae fert agreste papaver'. dixerunt et alii genere masculino, ut Varro 'infriasse papaverem'. Virgilius (*g.* I 78) dixit 'perfusa papavera somno'.

---

3 pumex *Prob.* 209, 16 *Serv. in Verg. Aen.* XII 587 *Cap.* 2249 5 parapsis *Char.* 106, 10 17 putei *Non.* 216 18 panis *Non.* 218 *Char.* 90, 5. 141, 20 *Prisc.* 353, 9 19 panuculae *Non.* 149 *Char.* 105, 8 *Prisc.* 115, 15 20 palumbis *Char.* 106, 24. 140, 14 *Non.* 219 *Prisc.* 169, 16 22 palus *Non.* 219 23 papaver *Char.* 83, 26 *Non.* 220 *Prisc.* 170, 13

---

1 orbi gen. ñi *M* orbi g. neũ *V* 3 pomex *M V L* Virgilius] *Aen.* V 214 latebroso in pumice nidi, XII 587 latebroso in pumice pastor. *ante* pepli *aliam observationem excidisse coniecit Hauptius* latebro in *M* pomice *M V* 4 generis feminini *Hauptius* gen. nī *M* gen. neũ *V* gen. neut. *L* Valgius *coniecit Hauptius* profusam *vel* percussam *R. Vngerus de Valg. poem.* p. 191 5 parapsis *Hauptius* parabsidis *M V L* pruidentius *M* 6 ere *M* aerea *V* expolinta *M* pelues grauesque *M V* parabsidis *M V* 7 eligantius *M V* 9 dicunt *V* d'd' *M* hos parientes *M* 12 pulpitum *ante* pavimentum *L*: pulpetum *M V* pulpitus θυμέλη *exc. Char.* p. 552, 18 stroprosa *M V* 13 pulpeta *M V* 14 generis feminini *Hauptius* gen. m̄ *M* gen. m̄ (?) *V* gen. neut. *L* 15 Hieremias] 51, 58 et portae eius excelsae igni conburentur 16 porticu] porticum *M* 17 Poteum gen. neut. *L*: putei *in Catonis de agricultura libro non legitur; apud Varronem praeter locum e Gallo vel Fundanio a Nonio adscriptum* puteos *legitur r. r.* I 57, 2, puteus *de l. l.* V 25 *p.* 41 *Sp.* VI 84 *p.* 262 *Sp.* 19 *lacunam indicavi, qua observatio de* panus *vocabulo excidit, sicut vidit Hauptius* 20 aerae *M* 22 palus — sicca *post* papaver — somno *habet M*: palus ligni gen. masc. palus luti gen. fem. *L* Alexander] *fortasse in historia Alexandri* 23 papaver *post* perdix *ponit L* quo feragreste *M V* 24 papaverem] papauerim *M V*

Perdix generis feminini, ut Varro 'garrula limoso prospicit elice perdix'.

| Parsimonia generis feminini. sed Virgilius parsimonium tempus sibi dixit.

Praetextum generis neutri. sed vicit consuetudo, quae praetextas dicit, quoniam toga praetexta.

Puteus generis masculini, sed putei in evangelio mira in reliquo differentia. putea enim aquarum Italis fontanas appellari certum est. unde in evangelio (*Io.* 4, 11) fons Iacob et 'puteus altus' dicitur.

Pilleum generis neutri, ut Varro 'est ibi' inquit, 'si festinas, pilleum'. quod Homerus genere masculino dixit.

Pugnum Plautus (*capt.* IIII 2, 16) genere neutro dixit, 'mihi haec balista pugnum est'. sed melius masculinum est.

Pix generis feminini, ut Varro 'Idaeasque pices'.

Pelagus generis neutri, ut Virgilius (*A.* V 8) 'pelagus tenuere rates'.

Praesepia vetant grammatici singulariter *dici;* et de | genere quaeritur. sed Varro haec praesepis et alibi hoc praesepe. Cotta 'nunc ad praesepia' prop... 'non sunt in praesepibus boves', et Virgilius (*g.* III 495) 'plena ad praesepia ponunt' sed consuetudine neutro genere praestat dici.

Pax generis feminini et pluralem non habet.

---

1 perdix *Non.* 218 *Prisc.* 169, 15 5 praetextum *Char.* 94, 9 10 pilleum *Non.* 220 14 pix *Char.* 91, 26 15 pelagus *Prob.* 208, 4 *Cap.* 2249 16 praesepia *Char.* 59, 11 *Non.* 218 *Prob.* 8, 3 21 pax *exc. Char.* 548, 8 *Non.* 149

---

1 Varro] perdix et masculino genere dici potest: Varro in admirandis perdicas boeotios *Nonius. versus qui sequitur est Ovidii metam.* VIII 237 3 parsimonia *vel* parsimonium *apud Vergilium non legitur.* parsimonium tempus cibi *coniecit R. Vngerus de Valg. poem p.* 210. *quod nescio quo modo ad Prud. cath.* 7, 3 adesto, Christe, castis parsimoniis *referri voluit* 5 nicet *M V* praetexitas dicit *M V* 6 toga praecepta *V* 7 poteus *L. fortasse* puteus generis masculini, unde in evangelio fons Iacob puteus altus dicitur, sed mira in reliquo etc. 8 itali *M* 9 fons] fontem *M V* 10 pilleum *Otto* pelleum *utroque loco M V* pylleum *L* Pteleum *coniecit Hauptius referens ad Hom. Il. B* 697 Πτελεὸν λεχεποίην si] se *M V* festinans *M* 11 omerus *V* omers *M*: *Il. K* 265 μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει 12 pugnus gen. masc. *L* lautus *M* 13 sed mas. melius est *M* 14 Varro] de similitudine verborum II *Charisius. exemplum quod sequitur est Vergilii georg.* III 450 15 pilagus *utroque loco M* pylagus *V* pillabus *L* temere *M V* 16 presepium gen. neut. *L* vetant] uocant *M V* grammati *M* sing̃ et de genere q̃r *M* singularem et de genere quaerunt *ex V edidit Hauptius* 17 sed uarro horum praesepiis *M V:* sed Varro harum praesepiis et alibi hanc praesepem. contra Tibullus 'nunc ad praesepia debent plena coronato stare boves capite'; proprie enim sunt in praesepibus boves *R. Vngerus de Valg. poem. p.* 209 *coll. Varr. r. r.* II 2, 19 harum praesepia 5, 16 in praesepiis I 13, 6 *apud Nonium p.* 218 praesepim latam hoc praesepē *V* hoc praesepem *M* 'nunc ad praesepia *nescio an non sit Cottae, sed Tibulli* II 1, 7. *deinde nonnulla exciderunt. tum secutum videtur* proprie non sunt in pr. boves' *Hauptius. Cottae nomen corruptum esse videtur. de reliquis dubito, utrum in corrupta codicum scriptura* (p p̄ ñ *V* p p̄ non *M*) *nomen scriptoris lateat, an consuetudinis exempla posuerit scriptor,* nunc ad praesepia properant, sunt in praesepibus boves 19 consuetudo *M V* 21 pax *post* porrum habet *L*

p. 94–96 H.

Porrum generis neutri, sed Varro 'ponuntur tenues porri'.

Pampinus generis feminini, ut Cornelius 'purpureis geminata pampinus uvis'.

| Pistrinum generis neutri, sed Varro 'media est pistrina'.

Pulvis generis masculini; sed Propertius (III 13, 35) dicit 'horrida pulvis'.

Plebs generis feminini, ut Iuvencus (I 13) 'cetera nam plebs'.

Palleum generis neutri, ut Iuvencus (I 557) 'ferat pallea secum'.

Pratum generis neutri, ut Prudentius 'prata per herbida'.

Proles generis feminini, ut Iuvencus (IIII 675) 'proles veneranda tonantis'.

Progenies generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 3, 136) 'ecce venit nova progenies'.

Pharus generis feminini, ut Fortunatus (*de vit. S. Mart.* I 49) 'Gallica celsa pharus'.

Palmes generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 3, 53) 'pampineo brachia palmite'.

Quies generis feminini, unde Brutus 'requietem' dixit.

Quaestio generis feminini, ut Varro 'quaestionum epistolicarum'.

Quercus generis feminini, sicut aliae arbores.

| Quirites singularem numerum non habet. quamquam Maecenas dixit Quiritem; sed non recipitur.

Regnum generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 338) 'Tyria regna vides'.

Rabies generis feminini, ut Iuvencus (I 407) 'rabies vesana veneni'.

Ritus generis masculini, ut Symmachus (X 61) 'suus cuique ritus'.

Ramus generis masculini, ut Cornelius 'pomosa lentos servabat in arbore ramos'.

Radius generis masculini, ut Iuvencus (IIII 151) 'abscondit furvis rutilus sol radios umbris'.

---

1 porrum *Char.* 104, 7 2 pampinus *Char.* 105, 19 *Prisc.* 169, 15 *Serv. in Verg. buc.* 7. 58 4 pistrinum *Char.* 72, 30. 37, 16. 155, 16 *Prisc.* 115, 12 5 pulvis *Char.* 89, 22 *Non.* 217 *Cap.* 2249 18 quies *Char.* 69, 1. 110, 1. 128, 12. 142, 3 *Prisc.* 242, 9 21 Quirites *exc. Char.* 548, 34 *Diom.* 327, 30 *Prob.* 195, 23 *Serg.* 432, 22 *Pomp.* 176, 31 26 ramus *Serv. in Verg. georg.* IIII 303 28 radius *Cap.* 2244

---

1 tenuis *M* 2 cornilius *MV* 4 Varro] sed Lucilius XVI feminine extulit media e pistrina *Charisius p.* 72, 30: *cf. Varr. de l. l.* V 138 *p.* 140 *Sp.* pristrina *M* 5 dicit *om. V* 7 etera *V* 8 pallium *L: cf. Char. p.* 70, 26 palleas secum *MV* 9 pratum — herbida *om. V* Prudentius] *psychom.* 199 prata virent volvitque vagos lux herbida fluctus 11 tonantes *M* 13 nova] nra *V*, *om. M* 14 pharus *post* palmes *habet L* geñ. ñi *M* gen. neut. *L* 16 pampione *M* pamponiae *V* 18 dicit *M* 19 epistolarum *MV* 20 quercus *post* Quirites *habet L* alia arbor *V* al' arbor *M* 21 querites *M* quaerites *V* singulari numero *MV* quamquam] nam *V*, *om. M* micenas *MV* 22 q̄ritem *M* quaeritem *V* 24 ueneni uesana *M* 26 ranus *L* cornilius *MV* lento *M* 29 rudilus *M*

Rupes generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 310. III 229) 'sub rupe cavata' ceu * magno.

Rus generis neutri, ut Claudianus 'rus istud pretio constat vili'.

Rubigo generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 7, 205) 'aegram pectorum rubiginem'.

Rumor generis masculini, ut Ausonius 'quae tantae tenuere morae rumore sub omni'.

Rorem generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 6, 127) 'rorem subisse sanctum'.

| Renes generis masculini, ut David (*ps.* 72, 21) 'renes mei resoluti sunt', et alibi (*ps.* 25, 2) 'ure renes meos'. singulari autem numero carent.

Rosum dixerunt quidam singulariter, rosa pluraliter, quasi generis neutri esset. sed nunc rosa singulariter et pluraliter rosas, ut Sidonius (*ep.* IX 13) 'rosa sutilis coronet', et alibi (*carm.* 2, 110) 'hibernae rubuere rosae'. sed generis feminini est.

Ratis generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 106) 'rate amata titulo salutis'.

Remus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 104) 'franguntur [litora] remi'.

Religio generis feminini, ut Virgilius (*A.* VII 608) 'religione sacra'.

Radix generis feminini, ut illud 'in radice oleagina'.

Sulphur generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 449) 'spumas miscent argenti vivaque sulphura'.

Sapor generis masculini, ut illud 'reiecisse bonos turbata mente sapores'.

Scopulus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 45) 'scopuloque infixit acuto', et pluraliter (*A.* I 162) 'geminique minantur in caelum scopuli'.

| Series generis feminini, ut Fortunatus (*carm.* VIIII 7, 3) 'blanda conscribens serie salutes'.

Stadium generis neutri et masculini, quia dicimus stadios et stadia.

---

8 rorem *Serv. in Verg. buc.* 8, 15

---

2 cauaca *M* ceu magno *ex alia observatione relicta esse videntur* 3 *Claudiani et* 6 *Ausonii verba apud hos non inventa sunt* 3 rus *om. L* 4 pecorum *M* pecoram *V* 6 que taute te sub omni *M* 10 David] d'd' *M* resoliti *M* 11 singularē autem nunī *M* singularem autem numerum *ex V edidit Hauptius* 15 rosum] rosiur *MV*: rosa gen. fem. et tamen dicunt aliqui rosium gen. neut. *L* 15 rosas utiles coronat *V* rosa sutilat coronat *M* rubere *MV* 17 ratis] rates *MVL* rate armata *V* rate ar armata *M* 18 salutes *V* saltes *M* 19 maš. geū. *M* frangunt *V* fraguntur *M* 21 geū. n̄ı. *MV* 22 olegena *MV*: *Verg. georg.* II 31 truditur e sicco radix oleagina ligno 24 sulphora *V* 27 scopulum *L* scuplum *MV* scupulo (scuplo *M*) quem fixit *MV* 28 gemini q̄ *M* 29 scupuli *V* scupli *M* 30 fortunatus *M* con conscribens seriae *M* 32 stadium *L* stadia *MV* stadios] staduus *MV*

p. 98. 99 H.

Syrma generis neutri; priores feminini, ut Cornelius 'tragica syrma'.

Supellex generis feminini, ut Prudentius 'tota supellex'.

Situs loci generis masculini, ut Porcina 'ille situs felix'.

Scabillum generis neutri, sicut scamnum, ut Varro in actionibus scenicis.

Sues genere feminino dixerunt antiqui, ut illud (*Petri ep.* II 2, 22) 'sus lota in volutabro luti'. sed Virgilius (*g.* I 400) genere masculino 'inmundi meminere sues'.

Saccus generis masculini, ut Varro 'vinum cui nihil sacculus abstulit'.

Stips de stipite generis feminini, ut stirps ab stirpe.

Seps generis feminini, ut Virgilius (*b.* 1, 54) 'vicina ab limite seps'; sed melius sepis, quia praesepis, non praeseps.

Stomachus generis masculini, quamvis * pluraliter dicat 'stomachi nuper decepti'. |

Stiria dicuntur ab stillis, quae Virgilius (*g.* III 366) genere feminino, Varro neutro dixit. sed vicit Virgilii auctoritas.

Strues generis feminini, ut Fabianus 'coacervata strues'.

Scalas et scopas negant grammatici pluraliter; sed consuetudo vicit.

Serum lactis generis neutri, ut Rabirius 'in tenerum est deducta serum pars intima lactis'.

Salientes aquarum generis masculini, ut Caelius 'perpetuum salientem'.

Serta pluraliter dixit Virgilius * 'huc ades Aonia crinem circumdata serta'. sed Propertius (II 33, 37) dicit 'cum tua praependent demissae in pocula sertae'. sunt enim sertae sicut coronae.

Simpulum generis neutri, ut Varro ad Neronem.

---

1 syrma *Prisc.* 200, 1 10 stips *Char.* 109, 26 13 stomachus *Char.* 81, 24 23 serta *Char.* 107, 25 *Serv. in Verg. Aen.* I 417

---

1 sirma *L* cornilius *M V* tragica syrma *Hauptius* tria greca syrma *V* tragrema casyr *M* 2 suppellex *M L*: supellex — tota supellex *om. V* tota supplex *M*: *apud Prudentium verba non inveni* 3 ille *H. Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 196 *ed. sec.* illi *M* illis *V* 5 scenicis *Hauptius* scinis *M V*. *sequitur in L* stirps gen. fem. 7 uolutapro lutis uirg. *M* 8 miminere *V* mimineris *M* 9 Varro] *cf. Lucil. apud Cic. de fin.* II 8, 23 10 stips *om. L* de stipide *M V* ut stirips *M* 11 sepe *L* uicina ad limites seps *M* uicino ab limites seps *V*. seps est *apud Vergilium legisse grammaticum coniecit Hauptius* 12 quia] q̄ *M* 13 *lacunam, qua nomen scriptoris excidit, indicavi* 15 stiria *om. L* ab stillis *Hauptius coll. Serv. in Verg. georg. l. c.* ab stitis *M V* q̄ *M* quia *V* 16 uicet *M* 17 fauianus *M V* quo ceruata *M* 18 scale dicendum et scope gen. fem. *L*: scupas *M V* regant *M*, *fortasse* negant grammatici singulariter dici. *nam* scalam *et* scopam *a recentioribus etiam saepe singulariter dictam esse constat* 19 lactantis *M* 20 in tenerum est deducta serum pars intima lactis *Hauptius* in teneum est deducta in (in *om. V*) parsimonia lactis *M V* 21 celius *V* 23 sirtum gen. neut. *L* dicit *V* *lacuna quam indicavi excidit versus Vergilii bucol.* 6, 16, *quem una cum versu Cornelii Severi, qui sequitur, et Propertii posuit Charisius* huc ades aumacrinae circumdatae sertae *V* huc adhes aū. acrine circumdate serte *M* 24 tuā praepandent *M* tua pracandent *V* clemisse *M* 25 poculo *M V* 26 simpulum *Hauptius* simbulum *M V* simbolum *L* ad Neronem *Hauptius* in neronem *M V*

Sal generis masculini, ut Fabianus 'sal mixtus' et | in evangelio (*Matth.* 5, 13) 'quod si sal evanuerit'. et hos sales potest dici.

Squalor generis masculini, ut Avitus 'squalore vicino'.

Silex generis feminini, ut Virgilius (*A.* VIII 233) 'stabat acuta silex'. sed dixerunt alii genere masculino, ut Prudentius (*cath.* 5, 7) 'incusso silice'.

Simia generis feminini, ut in regum volumine (III 10, 22) 'simias et pavos'; quamvis Cicero simiolum dixerit.

Sagus generis masculini, ut Afranius 'quia quadrati sunt sagi'.

Stimulus generis masculini, ut Terentius (*Phorm.* I 2, 27) 'nam quae inscitia est, adversus stimulos calces'. |

Stuprum generis neutri, ut Naevius 'magnum stuprum fieri per gentes'.

Scalper generis masculini, sicut culter, ut Titus Livius: quamvis quidam scalprum dicant.

Sidus generis neutri, ut Virgilius (*A.* III 515) 'sidera cuncta notat'.

Suboles generis feminini, ut Iuvencus (I 62) 'propriam credi subolem'.

Semen generis neutri, ut Virgilius 'vaga semina famae'.

Seges generis feminini, ut illud 'segete decisa'.

Signum generis neutri, ut illud 'signa dabant populis'.

Sepulchrum generis neutri, ut illud 'sepulchra multa'.

Serpens generis masculini, ut Prudentius (*steph.* 10, 36) 'haec ille serpens ore dictat regio'.

Turris generis feminini, [ut] 'haec turris'.

Trames generis masculini, ut Virgilius (*g.* I 108) 'clivosi tramitis'.

Tofus generis masculini, ut Varro 'et tofus scaber'.

Trabes generis feminini, ut illud 'multae trabes'.

Tornum generis masculini, ut Maecenas 'cardine torno'.

---

1 sal *Char.* 106, 12 *Prob.* 209, 6 *Serg.* 542, 12 *Prisc.* 147, 2. 171, 8 *Cap.* 2244 *Non.* 223 *Serv. in Verg. Aen.* I 35 3 squalor *Non.* 225 4 silex *Prob.* 209, 19 *Prisc.* 164, 13 *Non.* 225 *Serv. in Verg. Aen.* VIII 233 7 simia *Char.* 108, 20 9 sagus *Char.* 105, 17 *Non.* 223 22 serpens *Prisc.* 165, 18 *exc. Char.* 552, 32 25 trames *Prisc.* 169, 18

---

1 fauianus *M V* sal mixtus *non videntur esse Fabiani, cuius exempla extant apud Charisium Probum Sergium* 2 et os salis *M V* 3 *Aviti exemplum non inventum est* 4 silex *om. L* 5 dicunt *V* d' d' *M* 7 ut *om. M* uolum' *M V* simia *om. L* 8 simolum *M* quadratis sagi *M* 10 nam quae insitia *V* namq; insitia *M* 11 stimulus *M V* 12 Naevius *Hauptius coll. Fest. p.* 317 *M.* niueus *M V*: *cf. Naev. de bell. Pun. rel. v.* 39 *ed. Vahl.* magu' *M* 14 titius *M* *neutro genere* fabrile scalprum *legitur apud Livium* XXVII 49 quamvis — dicant *om. M* 17 suboles — subolem *om. M* 18 propria moridis subolem *V* uaga] *Iuvenc.* I 178 dispergunt late celebris vaga semina famae. *Vergilii exemplum excidisse videtur, nisi de nomine erravit grammaticus* fanae *M V* 19 segite *V* segeta *M* 21 gen. fem. *M* 25 trames *om. L* cliuos *M* tramites *M V* 26 Varro] *Verg. georg.* II 214 et] ut *M* 27 multa *M* 28 turnum *M V* turnus *L* micenas *M V* turno *M V* tornos *R. Vngerus de Valg. poem. p.* 213

p. 102. 13 H.

| Talpas generis masculini, ut mures, ut Virgilius (*g.* I 183) 'aut oculis capti fodere cubilia talpae'.

Turtur generis masculini, ut Plautus (*most.* I 1, 44) 'tu tibi habeas hos turtures'. quamvis Pollio et alii dicant turturellas.

Torques generis feminini, ut Propertius * 'torquem auream'.

Tempus generis neutri, ut Iuvencus 'per tempora certa'.

Templum generis neutri, ut Iuvencus (II 172) 'constructum veteris regni molimine templum'.

Thalamus generis masculini, ut Virgilius (*A.* II 503) 'quinquaginta [erant] illi thalami'.

Turbo generis masculini, ut Virgilius (*A.* III 573) 'turbine fumantem piceo'.

Torus generis masculini, ut Virgilius (*A.* II 2) 'toro sic orsus ab alto'.

Tribunal generis neutri, ut Iuvencus (IIII 593) 'celsum stans ante tribunal'.

Vas generis neutri. dicimus enim vas vinarium et vasa vindemiatoria. dixerunt quidam et vasum; sed receptum non est.

Vepres generis feminini, ut Titus Livius 'has ve|pres'. sed singularem non recipit, quamvis Aemilius masculine dicat 'veper occulta ruis'.

Veternum generis neutri, ut Cicero 'liceat fenerare veternum'.

Vallus in *qua* frumentum excutitur generis feminini, ut Virgilius (*g.* I 166) 'nunc mystica vallus'.

Vallum castrorum generis neutri, quia intervalla dicuntur; et genere masculino valli, qui tamquam pali praefiguntur infesti, ut Virgilius (*g.* I 264) 'exacuunt alii vallos'.

Vehes generis masculini, ut Ovidius 'innumerosque vehes'. sed et genere feminino dicitur.

---

1 talpas *Serv. in Verg. georg.* I 183   3 turtur *Serv. in Verg. bucol.* 1, 59   5 torques *Char.* 145, 19 *Prob.* 211, 19 *Prisc.* 169, 18 *Non.* 227   11 turbo *Char.* 145, 12 *Prob.* 210, 30   17 vas *Char.* 146, 24 *Cap.* 2244. 2250   19 vepres *Prisc.* 169, 18 *Cap.* 2244 *Non.* 231 *Phil. in Verg. georg.* III 444   22 vallus *Cap.* 2250   24 vallum *Serv. in Verg. georg.* I 264 *Aen.* VIIII 146. X 120

---

1 talpa gen. fem. *L*   aut collegit capiti foedere *M V*   4 pullio *M V*   5 *excidit Propertii versus* IIII 10, 44 torques ab incisa decidit unca gula. torques aureae *ex Varrone attulit Nonius*   6 per tempora — 7 ut Iuvencus *om. V*   7 tempus *om. L:* per tempora certa *apud Iuvencum non inveni*   8 regnum olinime *M* regnum olim me *V*   11 fumante *M V*   13 toro sicorsos *M* torosi cousos *V*   15 gen. mās *M V*   17 vasa] ua *M*   uindimiatoria *V*   18 d'd' quidam *M* dicunt quidam *V*   19 Titus Livius] *cf. Hertz. de Liv. fragm. comm. part.* I (*Vratislaviae a.* 1864) *p.* 12   20 emelius *M*   veper occulit artus *coniecit Hauptius* veper occidit arvis *Clericus*   22 uallis gen. fem. uallus gen. fem. uallum castrorum g. n. uestix gen. masc. uter gen. masc. uehes gen. masc. uiscus ad capiendum aues gen. masc. *L*   in from̄ et excuti *M V* in frumentum excutiendum *Hauptius*   23 mistica *M*   25 qui] q̄ *M* *fortasse* praefiguntur in fossis   26 uallus *M* ualles *V*   27 Inmunerosque *M* sed et *Hauptius* sunt *M V*

p. 103. 04 H.

Vertex generis masculini * ut illud 'floribus ver novus ornatur'.

Vtres generis masculini, ut Virgilius (*g.* II 384) 'unctos saliere per utres'.

Viscus de viscere generis neutri, quia viscera dicuntur, ut Prudentius (*steph.* 9, 56) 'pars viscus intrat' et Fortunatus (*de vit. S. Mart.* I 399) 'vehit sua viscera secum'.

Viscus ad capiendum generis masculini, ut illud 'in quercu viscus extat'. sed consuetudo viscum quasi neutri dicit.

Vomer generis masculini, ut Lucretius (I 314) 'decrescit vomer in arvis'.

Vrceus generis masculini et urcei, non urcea. nam | Iuvencus (II 262) dixit 'urceus est nullus nec sunt tibi vincula funum'.

Vulgus generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 149) 'ignobile vulgus'. nec dicitur pluraliter.

Venenum generis neutri, ut Salustius 'prohibebit nocere venenum quod tibi datur'. et alii dixerunt venena.

Vrsum antiqui non declinabant in masculino, ut Virgilius (*Aen.* V 37. VIII 368) 'pelle Libystidis ursae'. sed Varro dixit 'conspectusque in montes horruit ursus'.

Vectes generis masculini, ut in psalmis (106, 16) 'vectes ferreos'. sed Trogus genere feminino dixit.

Vulpes generis feminini, ut Prudentius (*enchir.* 71) 'callida vulpes'.

Vmerus generis masculini, ut illud 'subposuit umeros'.

Vigor generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 3, 186) 'vigor igenolus'.

Vellus generis neutri, ut Lactantius (*phoen.* 23) 'nulla super campos tendet sua vellera nubes'.

Vulnus generis neutri, ut Virgilius (*A.* IIII 2) 'vulnus alit venis', et alibi 'vulnera mille'.

Vlulatus generis masculini, hi ululatus. |

---

2 utres *Non.* 231  7 viscus *Char.* 32, 14 *Serv. in Verg. georg.* I 139  9 vomer *Prisc.* 249, 18 *Prob.* 15, 16 *Serv. in Verg. georg.* I 46. 162  11 urceus *Prob.* 211. 15  13 vulgus *Char.* 74. 20 *Non.* 230 *Prob.* 21, 7. 208, 8  20 vecte *Non.* 231 *Cap.* 2250  22 vulpes *Cap.* 2250

---

1 uertix *M:* vertex — ornatur *om. V. deinde observatio de v.* ver *excidit*  5 furtunatus *M*  7 querco *M V*  9 lucritius *M V*  12 ibi fincula *M V*  13 vulgus — pluraliter *om. M:* vultus *priore loco V, ut excidisse videatur observatio de v.* vultus: *cf. Non. p.* 230  15 prohibet *V*  16 alit d'd' *M* alii dicunt *V*  16 ursus gen. masc. *L*  18 pellibus tidis *M V*  Varro] *Ovid. metam.* II 494 ursaque conspectos in montibus horruit ursos  19 montesque *M*  20 vectes *post* vulpes *habet L*  uectos ferreos *M*  22 uulpis *priore loco M V L*  23 umeros] omeros *M* humeros *V*  26 vellus *et* vulnus *om. L, qui* ulnis *habet post* vis  27 sua *om. M*

p. 105 H.

Vis generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 1, 49) 'quae vis sit huius alitis'. ex hoc enim et virtus prodit.

Vapor generis masculini, ut Virgilius (*A.* VII 466) 'vapor ater ad auras'.

Ymnus generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 4, 75) 'grates reddimus et sacramus ymnos'.

Zelus generis masculini, ut Paulinus 'zelus discrepat atrox'.

---

1 quae uis sic̄ huius aliter *M* quis sit huius alites *V*   5 redimus et sacramos hymnos *M*   35 zelus *om.* *L*   *Paulini exemplum non inventum est*